

o Scias autem, quod in hoc atrocissimo delicto lex non nisi 25 la specialia, &c.] Adde, quod in hoc crimine habentur triginta vnum specialia. Quorum primum est. Quod propter delictum patris filij priuantur successione, quia macula patris inficit etiam sanguinem filiorum, vt dicitur in lege quisquis; & ideo filius in hoc crimine, licet ipse nihil deliquerit, propter patris delictum sustinet penam, vt per Andr. de Ifern. in cap. 1. §. praterca, quæ sit prim. caus. benef. amitt. vbi voluit etiam, quod in feudo descendens ex illo sanguine maculato, & infecto, est priuatus successione, & hoc voluit dispositio dicta lege quisquis. Regulariter autem contra, vt in l. crimen, ff. de pœn. & de ista materia, an patris delictum noceat filio, & nepoti, dixit Andr. in dicto §. praterca, & in cap. 1. §. hoc quoque de successione. feud. & ibi remissiuè. Fit tamen differentia inter filios masculos, & feminas in hoc crimine, quia filius nihil habebit de bonis paternis; sed filia femina illius, qui læsa maiestatis crimen commisit, dotari debet per Fiscu de illis bonis, vt patet expressè in dicta lege quisquis, §. ad filias, & voluit Andr. in constitutione Regn. ob filiorum culpas, vbi allegat l. tutores, ff. ad l. Iul. de vi priu. & l. si marito, in princ. ff. sol. matrim. Idem dicit Bald. in l. patri, 4. col. C. de dot. promiss. & hoc benè seruatum fuit in Regno Neap. nã Rex Ferdinandus maritauit honorificè filias Principis Rossani, qui commiserat crimen læsæ maiestatis notoriè contra Regem ipsu, vt ait Afflictus in titulo quæ sint regalia, §. bona committentium, numero 3. Et quæ est ratio diuersitatis? dic, quod ratio est, quia masculi sunt audaciores feminis; & propterea lex præsumit masculos magis inclinare in crimen paternum, vt dicit notab. tex. in d. lege quisquis, nisi in actibus venereis, in quibus mulieres sunt magis audaces, quam viri, vt dicit Cy. in dicta lege quisquis, in 6. notab. Vnde Quidam Audacem faciebat amor, &c. Et est sciendum, quod licet filij priuentur ob culpam prædictam hereditate paterna; tamen in feudis antiquis, in quibus agnati collaterales succedunt propter crimen læsæ Maiestatis commissum per agnatum, tenentem feudum, non priuatur successione feudi immediate successurus post mortem illius, qui commisit dictum crimen: Fictus enim tenebit feudum, donec viuat ille, qui delictum commisit; & postea succedit Agnatui collaterali, qui aliàs succederet, vt dicit Andr. in dicto §. praterca, & idem in capitulo 1. §. denique, quæ sit prim. caus. benef. amitt. quia resolutio iure datoris, resoluuntur, &c. vt not. Doct. maxime Paul. de Castro in lege insulam, in princ. ff. solut. matrim. & ex his primum speciale habetis in hoc crimine, quia filius portabit iniquitatem patris.

Secundum speciale est, quod quilibet admittitur in hoc crimine ad accusandum, etiam qui aliàs repelleretur, vt ff. ad legem Iul. maiestatis leg. famosi, & secunda quæst. primo cap. in primis §. gloriosus verò, est enim hoc crimen publicum, vt in lege prima, ff. de publ. iudic. facit cap. Ius publicum, distinct. 1. & idem est in alijs criminibus exceptis, vt not. in cap. per tuas, & in cap. licet hely, de Symon, dicitur crimen læsæ Maiestatis exceptum, vt 6. quæst. 1. cap. quisquis, Instit. de publ. iudic. §. 2. Specul. in tit. de accusat. in fine, & non solum tales inhabiles admittuntur ad accusandum; verum etiam ad testificandum; quia in hoc crimine est ex equata conditio Testium, vt dicit text. in constitutione profœquentes, subaudi ad testificandum ea, quæ respiciunt delictum, non autem adminicula delicti, vt dicit Bartolus in lege in quæstionibus, ff. ad leg. Iul. maiestatis. ex quo inferitur, quod in causa læsæ maiestatis Iudex de facili non debet dare terminum ad repulsam, sed debet primo videre articulos expulsiuorios, quia, si velit testes repulsare, tanquam infames, non debet concedere repulsam, quia non debet, quis admitti ad probandum, quod probatum non reuacat, lege ad probationem C. de probat. sed si velit repulsare testes, tanquam inimicos, tunc concedat ipsam repulsam, iuxta not. in dicto capitulo per tuas, de symon. secundum Bartol. in dicta lege quæstionibus. Et sic intelligitur id, quod dicit Bartolus in extrauag. ad reprimendum, in verb. si figura Iudicij, in 4. colum. dum dicit, quod in hoc crimine fit publicatio processus, alias au-

ferretur parti ius defensionis; si enim non publicaretur, non posset impugnare testes, & eorum dicta, subaudi testes, tanquam inimicos, non tanquam aliter inhabiles, per d. lege famosi. Et per hoc facit Constitut. Regni, quæ incipit, si quis per inquisitionem, quæ vult, quod in hoc crimine non detur copia tertium parti inquisitæ nisi facta consultatione Regi; & si rex rescripserit, dandam esse copiam, datur; aliàs non: & hoc habet locum tantum in crimine læsæ maiestatis, quod tangit personam Regis, non autem in alio crimine læsæ maiestatis, quod fortè tangeret eius collaterales, & non eius personam, vt dicitur in dicta constitutione, in verb. praterquam; quod est notandum. Hoc latius disputat Andr. in tit. quæ sint regalia, in §. bona committentium, pro, & contra: An, scilicet si quis occidat Consiliarium Regis, vel eius Cancellarium odio particulari, licet Rex eo careat, sit crimen læsæ maiestatis, & in persona Domini Andreæ, qui fuit interfectus, Regina Ioanna prima fecit edictum, vt committat crimen læsæ maiestatis occidens Consiliarium Regis, siue particulari odio, & inimicitia, siue, vt Rex careat illo Consiliario vtili Republicæ, & Regi, & quasi ipsa præcius de sua morte violenta prolixius dictam quæstionem examinauit per duas columnas.

Tertium est speciale, quod ferui torquentur in caput domini, vt in l. meminisse, & in l. fin. C. ad l. Iul. maiest.

Quartum speciale est, quod milites, & alia personæ, quæ non possunt torqueri, in hoc crimine nullum habent privilegium, vt in l. nullus, C. eod. tit.

Quintum est speciale, quod postquam est commissum tale crimen, taliter delinquens non potest quicquam de bonis suis alienare, nec debitores eis soluentes liberantur, vt in l. si C. eod. tit. & patet in d. c. Felicitas de penis in sex. tom. ibi, dū dicitur, nullus ei debita reddere, quod non est, sic in alijs criminibus, vt in l. post contractum, ff. de don.

Sextum speciale est, quod ille, qui committit tale crimen, postquam mortuus est, potest accusari, vt eius memoria dānetur, quod non est sic in alijs criminibus, vt in l. fin. C. ad l. Iul. maiest. & not. in §. interdum, Instit. de hæred. quæ ab intest. & hoc solum habet locum, quando committitur crimen perduellionis, vt dicit Azon. in summa eod. tit. num. 4. allegat l. fin. C. eod. tit. & talis accusatio non potest fieri, nisi in quinquennium, à die mortis, argu. l. 2. C. de apost. Modum autem procedendi contra talem mortuum, vt damnetur eius memoria, vide per scribentes in d. §. interdum, & per Aretin. d. l. fin. C. ad l. Iul. maiest.

Septimum speciale est, quod in hoc crimine venit imponenda pœna mortis, & omnium bonorum publicatio, tam Burgensium, quam Feudalium, vt in dicta lege quisquis. Et ideo dicitur crimen arduum, ut in cap. 1. de cleric. pugn. in duell. & sub generalibus verbis non veniunt ardua, vt in lege non solum, in principio ff. de procurat. de quo per Ludou. Roman. in lege sed & si quis, §. quæsitum, ff. si quis caution. & per Ioann. Mont. & Ioann. Andr. in capit. in generali, de reg. iur. libr. 6. & si Rex concederet ad tempus Baroni in terris suis, vel alicui Capitano merum, & mixtum Imperium in tali ciuitate, & castris, cum omnibus prouentibus, & introitibus, non venit cognitio criminis læsæ maiestatis, nec eius punitio; quia iste casus est de referuatis ipsi Regi, quia semper in concessionibus Feudorum, & Castrorum cum mero, & mixto Imperio consuetum est referuare crimen hæresis, falsæ monetæ, & crimen læsæ maiestatis, & ista consuetudo referuari censetur referuata, etiam quod non sit dictum per text. in cap. cum M. Ferrariens. de constitut. vbi Bald. dicit, quod ille text. ad hoc est melior, qui sit in iure. Et dicit Andr. Barb. in cap. quod translationem, de offic. deleg. quod similis text. est in leg. generaliter, de fideiuss. & ibi etiam dicit ex auctoritate Ludou. Rom. in quodam suo consilio, quod si datur mandatum ad negotium, intelligatur esse datum ad consuetam fieri in dicto mandato, etiam quod non sit expressum, allegat multa iura ad hoc. Et ideo dicitur ad tempus, quia, si in perpetuum essent concessa aliqua regalia in territorio, tunc veniunt Regalia hic contenta, vt dicit Paul. de Castr. in consil. 227. incip. ad primum, circa fin.

ferret Fel. in c. quæ in Ecclesiarum, de const. Sed nõ omnia, vt de crimine læsæ maiestatis commissio contra Regem conc edentem, & alia, quæ sunt referuata Regi in privilegium Coronæ Regæ, vt dicit Luc. de Pen. in leg. 1. C. de priuileg. scholar. libro 11. prout refert Paris de Put. in tractato de syndic. in 6. car. in 2. impress. Et licet bona prædicta, quoad dominium ipso iure perdantur, vt in l. eorum ff. ad l. Iul. maiest. & d. l. quisquis, & voluit Andr. in cap. 1. quo temp. mil. & in cap. 1. de feud. fin. culp. non amit. Archid. in d. c. felicitas, & expressè hoc cauetur in Regno, in cap. quod incip. nuper apud Tranum; & in alio c. quod incip. Bona proditorum; tamen quantum ad auocandam possessionem requiritur sententia declaratoria, vt not. in auth. de incest. nup §. 1. & in c. cum sim. de hæ. lit. 6. & Andr. in locis preallegatis.

Octauum speciale est, quod in hoc crimine punitur voluntas, quæ venit ad actum sine opere perfecto, vt 6. quæst. 1. cap. verum, dicta lege quisquis, & in cle. pastoralis, in verb. tractauerat, de re iud. de quo in cap. 1. §. si voluerit, de cap. qui cur. vend.

Nonum speciale est, quod committens tale crimen priuatur beneficio consuetudinis, quo ceteri gaudent i. d. dist. §. nos.

Decimum speciale est, quod hoc crimine condemnatus patitur, vt arma eius, quæ sunt depicta in Ciuitate, debent destrui, & deuastari, vt not. Bar. in l. eorum, ff. de pen. Vndecimum speciale est, quod in hoc tam magno crimine procedi potest per accusationem, inquisitionem, & denunciationem summarie, & de plano, sine libello, strepitu, & figura Iudicij, vt patet in extrauag. ad reprimendum, quam notab. Bart. glossauit, & dicit Andr. in d. tit. quæ sint regalia, §. bona committentium, col. 6. vers. Item nota, quod in hoc crimine proceditur summarie & sine libello, vt in leg. Manichæos, C. de hæret. & Insti. de hæred. quæ ab intest. §. per contrarium.

Duodecimum speciale est, quod nemini de se confesso contra alium creditur, nisi in crimine læsæ maiestatis, vt 15. quæst. 3. capitulo nemini, not. in cap. cum monasterium, extra de confes. & in leg. quoniam liberi, C. de testib. not. in capitulo vltimo de testib. cogen. Ludou. Rom. in leg. si quis in graui, ff. ad Syllan. & de isto articulo, an in hoc crimine ex dicto focij possit procedi ad torturam contra alium nominatum focium in hoc crimine, dicit Dyn. in tractato de quæstione quod inculpato, quam facit focius criminis de alio in casibus, in quibus potest interrogari de focio, de quibus in gloss. in lib. accusationis, C. de accusat. facit indicium ad torturam, quod verum est, si cum dicto focij concurrat alia præsumptio, vel aliud indicium; alias sola deposito non sufficeret ad torturam, vt tenet Alex. conf. 89. vol. 3. & Abb. Sicul. in capitulo 1. de confes. & Franc. Brun. in tract. de quæst. in 5. quæstione Alex. consilio 118. volum. 4. gloss. in dicta lege accusationis, & ibi Alber. de Rosat. & Andr. in cost. Regn. si dama clandestina, gloss. in lib. filium, C. de liber. caus. vide etiam ad hoc Alex. in leg. 1. ff. de quæstione & Bart. in leg. reperti, §. is qui, ff. eod. tit. Bal. in leg. quoniam, C. de testib. & Paul. de Castr. conf. 18.

Decimum tertium speciale est, quod in hoc crimine admittitur probatio per testes singulares, sicut in crimine vsurariæ prauitatis, vt habetur in l. 1. C. de testam. ita consuluit Petr. de Anch. consil. 266. dum quæritur, vtrum ad probandum D. Manfredum de Cumo Capitaneum gentium armorum D. Baldassaris Cosæ Rom. Eccl. Card. & Legati de Latere Bonon. ac Romandio. pro Romano Pontif. fecisset tractatum, conspirationem, & rebellionem dictorum Legati, & Pontificis contra statum, probetur per quatuor testes singulares, de quorum singularibus in d. consil.

Decimum quartum speciale est, quod ille, qui læsæ maiestatis crimen commisit, non potest agere in Iudicio, vt voluit Specul. in tit. de actore, §. 1. vers. Item quod commisit crimen læsæ maiestatis.

Decimum quintum speciale est, quod ille, qui commisit hoc crimen, non potest facere testamentum, nec actiuè, nec passiuè, vt dicit Specul. in tit. de Instrum. edit. §. compendiosè, vbi ponit per sonas, quæ non possunt facere testamentum, in

ver. 14. allegat l. pen. C. ad l. Iul. maiest. Idem voluit Specul. in tit. de Iudic. in §. 1. versic. est etiam alia ratio hæreditatis, sed de hoc est tex. hodie in dicto capitulo felicitas, ibi, dum dicitur, nec testamenti liberam habeat factionem, nec ad alicuius bona ex testamento, uel ab intestato uocatur, & pro hoc facit, quia ille, qui commisit tale crimen, habetur pro mortuo. Et ideo si filius, qui commisit hoc crimen, esset præteritus à patre, testamentum ualet; & non potest dicere filius testamentum nullum, quia censetur mortuus, licet corporaliter uiuat. Ita Bald. in hac edictali, C. de secund. nupt.

Decimum sextum speciale est, quod ille, qui commisit tale crimine, vel eius filius, non potest se defendere sub prætextu alicuius prescriptionis, vt in c. regni, quod incip. bona proditorum.

Decimum septimum speciale est, quod in hoc crimine admittitur probatio per duellum, vt not. Gloss. in l. fin. ff. ad l. Iul. maiest. & ideo hoc crimen vocatur perduellionis, de quo per Afflict. in c. 1. in §. si quis hominem, de pac. tenen. vel verius secundum Gl. in d. l. fin. dicitur crimen rebellionis, id est bellum tanquam cum hostibus Populi Rom. l. quos nos, ff. de verb. signif. & not. Ioan. de Ligna. in tract. suo de bello.

Decimum octauum speciale est, quod ille, qui manifestat socios huius criminis occultos, antequam fiat veniam meretur, vt l. antepen. in fin. C. ad l. Iul. maiest.

Decimum nonum speciale est, quod domus illius, qui tale crimen commisit, debet destrui, & dari in collapsum vsq. ad fundamenta, & ista est noua pœna imposita per Papam in d. cap. felicitas, de pen. in 6. Vnde ciuitas propter rebellionem subijcitur aratro, vt not. Andr. in capitulo 1. §. si de ca. corr. de iur. auc. Quid autem si domus ruinanda communis sit cum aliquo, qui non deliquit, quid faciendum? vide per Archid. in dicto cap. felicitas, & ibi etiam Ioan. Andr. Doctor. in l. si communi, ff. si seruit. vendic. per Bart. in lege Atheus ait, §. de eo opere ff. de aqu. plu. arcen. & in lege si is, cum quo. ff. com. diuid. Bald. in l. sed est feuerior, C. de infam. Alber. de Rosa in 3. par. statut. car. 139.

Vigesimum speciale est, quod prohibitum est pro filijs rebellium, vel pro illis, qui commiserunt crimen læsæ maiestatis postulare, vel aduocare in causis, vt patet in d. cap. felicitas, ibi, sit eis postulandi negata facultas, nisi concedatur licentia, prout moris est. Et scias, quod tanta est vis huius delicti, quod filius non dicitur ingratus, accusando patrem cum veritate de hoc crimine, vt est Gloss. in const. Regni inconstitilem, de hæret. in verb. flammaram.

Vigesimum primum speciale est, quia dicit Archidiaconus in dicto cap. felicitas, in versic. Quinto opponitur, quod speciale est in hoc crimine, quod damnato non licet appellare propter criminis immanitatem, sicut est in rapto virginum, ut C. de rapt. virg. leg. 1. §. quibus, & in falsificatore monetæ, lege 1. §. appellandi, C. de fals. monet. & in hæretico, vt in capit. inquisitionis, de hæret. lib. 6. Sed contrarium tenuit Andr. de Ifern. in d. tit. quæ sint regalia, §. bona committentium, col. 9. quia non reperitur iure cautum, quod in hoc crimine sit prohibita appellatio: Fallit, nisi in prodicione commissa esset concitata seditio, vel factio ordinata, & in lege constitutiones, ff. de appellation. videlicet, si aliquis ordinaret, quod ciuitas rebellaret, hic est dux, & caput factionis, & non appellaret condemnatus, secundum Andr. vbi supra. Secundò, fallit, nisi esset notorius facti permanentis, sicut ille, qui tenebat nouercam pro concubina, vt 2. quæst. 1. c. de manifesta, &c. Deus omnipotens, & not. in capit. vestra, de cohabit. cleric. & mulier. & in lege data opera, C. qui accusare non poss. Ergo in notorio facti transeuntis poterit appellare condemnatus, vt latius concludit Andr. in loco citato, qui super hoc articulo, an à sententia in hoc crimine possit appellari, scribit per duas columnas, pro, & contra, redarguendo, & finaliter concludendo, prout supra dixi. Et clarè ista conclusio patet in d. cap. de manifesta, in Gloss. magna, & in cap. praterca, & in cap. cum sit Romana, de appellat. Et vide ad futuritatem de hoc articulo Aret. in tractat. malef. in verb. præsentate Caio, & appellante, & Gigan. in tract. de crimin. læsæ maiest. tit. de plur. quæst. quæst. 13.

Vigesimum secundum speciale est, quod pœnata receptatores illius, qui comisit tale crimen, pœna capitis, vt not.

vt not. in l. ff. de recept. & patet in c. quod incip. Boha proditorum, de quo per Bart. in l. fin. C. de fabricent. in l. i. C. de defertor. & in l. omnes, C. de agric. & censit. lib. 10.

Vigesimum tertium speciale est, quod in isto crimine potest incipi a quæstionibus contra accusatum, quando indicia haberi non possunt: secus, si possunt haberi, vt in lege si quis alicui, C. ad leg. Iul. maiest. & dicit Salyc. ibi, quod est speciale in hoc crimine, vt talis præsumptio sit sufficiens ad torquendum accusatorem, qui pro se contra accusatum habebat sufficiens indicium, sed loquitur per verbu, credo. Facit, quod not. Bald. in l. quicumque, de ser. fugit. in fin. quod in illis tractatibus, qui fiunt secreto, propter probationis difficultatem incipiendum est a tortura. Sed id speciale non puto verum, Afflict. in d. tit. quæ sunt regalia, §. bona committentium, nu. 44. quia Ang. & Salyc. in d. l. si quis alicui, expressè videntur tenere, quod in hoc crimine non potest procedi ad torturam sine indicij, sicut in alijs criminibus.

Vigesimum quartum speciale est, quod licet regulariter sententia lata contra absentem non valeat, vt in lege absentem, C. de accusat. tamen in hoc crimine valet sententia lata contra absentem, vt dicit ibi Ang. & patet in d. clem. pastoralis de re iudic.

Vigesimum quintum speciale est in Regno Neap. quod de hoc crimine nullus officialis cognoscit, nisi magna Curia Vicaria, vt in constit. Regni, statuimus, de offic. maior. offic.

Vigesimum sextum speciale est in dicto Regno, quod in hoc crimine non datur copia repertorum sine speciali consultatione, & responsione Regis, q. 10. nu. 42. vol. 1. & q. 118. nu. 38. vol. 5. vbi per tot. q. plura specialia. Ros.

Vigesimum septimum speciale est, quod in hoc crimine non editur nomen delatoris, vt dicitur in d. const. hi. qui.

Vigesimum octauum speciale est, quod postquam quis est carceratus pro isto crimine, non potest excarcerari sine expressa licentia Regis.

Vigesimum nonum speciale est, quod illi, qui incidunt in hoc crimen, & retinent terras Ecclesiarum, vel imperij, possunt condemnari per sententiam sine citatione, dictum est singulare Ioan. Andr. in c. cum olim. de re iudic. per illum tex. fuit memor Bald. in prælud. feudor.

Trigesimum speciale est, quod clericus delinquens hoc crimine puniuntur per Iustitiarium, & non per Iudicem ecclesiasticum, vt in constit. Regni. incipien. De personis clericorum, sed ista constitutio non procedit per Iura canonica, nisi quoad Feuda, vt ibi per Andr.

Trigesimum primum speciale est, quod in hoc crimine puniuntur criminaliter vniuersitas delinquens per Principem, quia Ciuitas subijcitur aratro, vt in lege si usufruct. ff. quem admodum seruitur. am. ten. quod verum est, si Princeps hoc declarauit, vt dicit Bartolus in extrauag. ad reprimendum, in vers. rebellando, in fin. Et sic, si Princeps non declarauit, illam vniuersitatem rebellem, & debere subijci aratro, non potest per tertium allegari rebellio, & tunc in hac declaratoria ueniunt pupilli, & illi, qui non deliquerunt; hoc est speciale in hoc crimine; regulariter autem vniuersitas

pro alio crimine non puniuntur criminaliter, vt pupilli innocentes, & furiosi puniantur: sed pena commutatur in pecuniariam, vt dicit Bart. in lege aut facta, §. nonnumquam, ff. de pen. & Salic. in l. i. C. de feditiof. Et ista specialia nota, quia dominus Cardinalis in d. ci. pastoralis, & Ioan. Andr. in d. c. felicitis, in nouella non ponit tot specialia, quæ do sic formaliter fuerunt congesta per Afflict. in c. 1. in tit. quæ sunt regalia, in vrb. feud. in §. bona committentium; & mihi ea placuit hic posuisse.

Ego autè addo aliud specialissimum, omnibus tamen notu, quod est solà Principis voluntas, quod facit, quicquid vult, & sibi placet, & vel homini illi, qui de tali crimine ne dum imputatus, sed adubratus fuerit.

Itè adde, quod si quis solus dixerit, & iuratus fuerit, quod vult committere delictum contra Regem, & nihil aliud fecerit, non puniuntur ille affectus; secus, si cum alio paxillet, Afflictus in constit. asperitatem, n. 2. fol. 48. Baiard.

Et in primis,] Affectus in hoc crimine puniuntur Farin. d. q. 116. §. 4. numer. 147. & quomodo quis possit excusari, Farin q. 117. Ros.

Adde ad idem ea, quæ per Carrer. in pract. cri. §. homicidij, n. 15. vbi etiam exemplificat, si fuisset facta conspiratio, & tractatus cum aliquibus, & secus si affectus transiisset in nudam voluntatem verbis tantum expressam, & non factam, nam dicit non puniri pena ordinaria. Item & nu. seq. ponit, An, quando sola cogitatio puniatur remissiuè, & nu. 17. limitat etiam in crimine feditiois, in quo attentatum puniuntur. Giach.

Item licet,] In hoc crimine læsæ Maiestatis proceditur etiam post mortem, Far. q. 10. nu. 42. vol. 1. & q. 118. nu. 38. vol. 5. vbi per tot. q. plura specialia. Ros.

Item licet regulariter,] Adde videndum Rolan. in 27. consti. n. 16 & seq. vol. 3. & qualiter sit procedendū, vt memoria defuncti damnatur, vide Paris. in const. 2. n. 209. vol. 4. & infra quantum tempus damnari possit. Carrer. in tractat. de hæret. num. 142.

Itè adde,] quod quando proceditur contra memoriã defuncti in crimine læsæ maiest. citandi sunt filij, cognati, & successores defuncti, vt veniant ad contradicendum, ne memoria defuncti damnatur; & non solū sunt citandi, quado post mortem ceptū sit Iudicium; sed etiam, quando in vita fuit accusatus, & pendente appellatione decessit, Gigas in tract. de crim. læsæ maiest. in verb. qualit. in crim. læsæ maiest. q. 21. Baiard.

Contra Principem, vel Remp. Romanam,] Adde, quod in istis duobus casib. memoria defuncti dānari potest, vt pulchre, & late per Rol. in const. 1. nu. 16 & seq. lib. 3. & sequitur Masuer. ad pract. Papien. in tit. inquisit. post Gl. contra & aduers. post med. & qualiter procedendum sit, vt defuncti memoria damnatur, vid. per Capol. in consilio 17. in primo dubio Paris. alios aduocantem in const. 2. nu. 209. lib. 4. & per Masuer. ad pract. Papien. vbi supra Clau. crim. reg. 70. & 163. per Boss. tit. de hæred. n. 30. & seq. & tit. de sen. num. 47. Et infra quantum tempus peti potest memoria defuncti damnari, vide per Carrer. tract. de hæret. nu. 142. Giach.

Sed quando committitur,] Adde videndum Peregrin. de iure

iure fisci, lib. 4. tit. 5. num. 19. cum pluribus seq. vel latissime examinavit hanc quæstionem an morte extingatur, & memoria damnari possit, quando huiusmodi crimen contra alios Principes committitur; & concludit, quod consuetudo regionis attendi debet.

Item adde, quod requiruntur plenæ probationes ad hoc, vt defuncti memoria dānari possit, & eius bona publicari, secundum Dec. in cōf. 410. nec sufficeret, quod Principes affirmarent, defunctum commisisse delictum. Baiard.

Hinc infertur,] Adde, quod quando quis dicatur rebellis videndum Brunus in consilio feud. 38. & an sententia, & quando requiratur, ad hoc, vt dicatur rebellis, late Mascardus de probat. conclus. 1257. vol. 3. & quando sola declaratoria sufficiat, vt quis sit rebellis, & an ipso iure bona rebellis in fisco transeant, & quando rebellio in sola inobedientia incuratur, vide omnino Gabriel. in consilio 179. & ibi etiam habetur, quando quis fuerit citatus sub pena rebelliois, vt coram Principe personaliter cōpareret: & si per tale preceptū bona fuerint publicata, quod filius poterit agere remedio reintegrandi. Baiard.

Hinc infertur,] Quot autem modis contrahatur crimen rebellionis, & de pena, vide per pract. Carrer. pag. mihi 55. sub num. 88. Giach.

Hinc infertur,] De rebelle vide Decian. tractat. crimin. tom. 2. lib. 7. cap. 22. & Farin. d. q. 113. num. 66. & seq. vbi quot modis committatur rebellio, inspect. 2. vel 5. Rebellis primò poterit occidi & vide probari. Farin. quæst. 103. vel 40. num. 14. Ros.

Sed certè hæc opinio,] Et de bannito, qui possit impunè

offendi, infra in §. fin. quæst. 36. vers. Item quæstio, q. 17. vers. Dixi autem; supra in §. Homicidium. vers. Item scias; Attende tamen in hoc crimine, alioquin inter atrociores connumeratò, quod implicitus in tali crimine, si illud patefacit, antequam ad actum processerit, non solum veniam, sed etiam præmium consequitur; si autem ad actum processit, sed antequam perficiatur, propallauerit, veniam tantum, sed non præmium consequitur: Ita dicit Cataldus de Boncompagnis inter consil. crim. diuer. cons. 55. n. 4. vol. 1. Drogh.

Et ita seruatur fuit in Duce Urbini, quando interfecit Cardinalem Papiensem: super quo casu consuluit Ruin. cons. 4. libro 5. & Ferrer. consil. 31. Sed certè hæc opin. mihi super visa est periculosa: neque consulerem amico meo, vt illud faceret. Possset fortè hoc fieri procedente consensu, & voluntate principis, vel vbi huiusmodi rebellis reperiretur in actu exercito ipsius rebellionis. Bene verum est, quod in omnem casum, vbi potest probaretur quod ille erat rebellis, proculdubio homicida esset liberandus.

Item quamuis regula,] Et abiens condemnari potest, licet alias non iure communi inspecto. Far. d. eius praxi crim. vol. 5. q. 118. qui plura cumulat. Ros.

Item quamuis regula,] Adde, quod in hoc delicto ne dum proceditur cōtra absentem, sed etiam in aliquo casu contra non citatum, vt dixi infra in q. 31. vers. sic. adde, quod hæc omnia. Baiard.

Mortem condemnari,] Vt in 8. constitutione Henrici Imperatoris, quam Pisis promulgauit & de qua meminit Capol. consil. crimin. 47. numero 8.

Item scias, quod ordinarius qui ausus fuit Principis potestatem assumere, reus videtur esse criminis læsæ maiest. videlicet per Crauet. consil. 18. nu. 2. quod qualiter procedat, vt post relatos per Menoc. de arb. iud. lib. 2. ceutur. 3. cas. 320. in 1. casu. & vi. ibi per totum, quia ponit alios etiam casus, in quibus, & qua pena puniendus est usurpator auctoritatis Principis, vel alterius, necnon, & locum dignitatis ei non debitum. Giach.

Post num. 7,] Vide Cartar. tract. de execut. sentent. c. 1. num. 15. Ros.

